Morſis addens ouium pauorem
Fortium iuſtis animos leonum
Militum multas acies retundis
Agmine paruo
Tu iubes ventis ſileant. ſilentqꝫ
Precipis ponto tumeat. tumetqꝫ
Imperas lune lateat. latetqꝫ
Sanguine tincta.
Vere canentes hyemes virenti
Turbidas celo pluuias ſereno
Sepe permutas. facies ⁊ vſus
Menſis ⁊ anni.
Tanta cum regi dederis romano
Audias voces. iuuenum ſenumqꝫ
Audias grates hominum. precesqꝫ
Iuſta petentum.
Inde non ceſſes melior patronus
Cum ſuis regem populis tueri
Principem ſerua. ſobolem domumqꝫ
Adde triumphos.
O deus ſerues decus hoc precamur
Ceſari natum ſimul ⁊ nepotem
Indolis mire. videat regentes
Tempore longo.
Hiſqꝫ ſic patrem foueas auumqꝫ
Cuius exemplo peragant iuuentam
Et ſuis geſtis fuerit ſenecta
Gratior illi.
Sic regant orbem dominando recte
Quo fidem nobis pius vt dediſti
Protegant ſemper citiusqꝫ vincant
Illius hoſtes.
Et feros turchos rabidasqꝫ gentes
Pellere. ⁊ caſtris ſpoliaro victos
Vt queant regna ⁊ reparare quondam
Chriſticolarum
Proſperos greſſus animiqꝫ motus
Auſtrie ſtirpis. faueasqꝫ felix
Cepta quo a priſcis patribus per omne
Proroget euum.
Hec mari ac terra viget parando
Gloriam ſemper. ferat ⁊ ſub ortus
Solis ⁊ caſus crucis alma ſigna
Nomine chriſti.
Inde celeſtium meritis triumphum
Conſequi tandem mereantur omnes
Cum bone legi dederint ſubactum
Robore mundum.
Hec rogat noſter chorus vt perennem
Gloriam eternus pater atqꝫ natus
Spiritusſanctus deus ⁊ ſequatur
Trinus ⁊ vnus.

Laus deo

Veteres rerum ſcriptores
parciſſime de Ger-
mania locuti ſunt. ac
ſi ea natio extra orbē
iaceret ⁊ ſomniantes
q̄dammodo res ger-
manicas attigerunt.
Namqꝫ ſi legamus
vetuſta tempora in-
ueniemus germanos olim ritu vixiſſe barba-
rio. veſtibus vſus laceris. venationi tantum ⁊
agrorum culture dediſſe operam. Feroces qui-
dem homines ⁊ belli appetentes. Sed argenti
prorſus inopes. quibus quippe nec vini vſus e-
rat. Ipſaqꝫ Germania intra Mare ⁊ Danu-
bium fluuium. Rurſusqꝫ intra Rhenum ⁊ Al
bim fluuios continebatur. nunc vero. q̄ꝫtum
tranſgreſſi ſunt ſuos proprios limites nō igno
ratur. Nā plus fere eſt quod nacti ſunt in gal
lia. Rhecia. Norico. Vindelico atqꝫ in ipſa ſci-
thia ſeu Sarmacia q̄ꝫ quod intus habuerunt.
Quid etenim memoremus nobiliſſimas Vr-
bes ſplendidiſſimaqꝫ. ditiſſima templa. opu-
lentiſſimos etiam principes ac prelatos. Certe
non videmus prouinciam talem eſſe que com
putatis omnibus Germaniam prouinciam
ſuperet. q̄ ſi reſurgeret aliquis illorum Theuto
num qui tempore Iulij ceſaris vixit Germa-
niam peragerat. vt arioiuſtus profecto diceret
non eſſe eam terram quam olim viderat. ne-
garetqꝫ ſuam eſſe patriam. Cum vinearum ⁊
etiam arborum fructiferarum conſitiones vſi
tus hominum. vrbanitatem ciuium. Splendo
rem vrbium. tantamqꝫ nitidam policiā apud
Germanos contueretur. Verum hanc muta-
tionem quis fecit niſi ſancta ac vera religio do
mini noſtri Ieſu chriſti. Cultus q̄ppe chriſtia-
ne religionis a Germanis nationibus omnem
barbariem expulit atqꝫ ita expoliauit. vt iam
greci ipſi Barbari. Germani autem recte lati
ni appellari mereantur. Siue igitur noua con
ſideranti ſeu vetera mente repetenti nulla peri
tior. nulla ardentior (inter omnes enim natio-

nes quas bello ydoneas indicat) germania vi-
det. Germanis eñ eq̄ arma ⁊ pecunie ſunt. et
vbi tot clariſſimi principes. tot generaſi ꝓceres
tot fortiſſimi eq̄tes. tot potētes ciuitates. tot di-
uicie. tot auri. tot argēti tot ferri minere. vbi tā
ta populi multitudo. tanta iuuētꝰ. tantū ai. tm̄
roboris. Cū deinde germanie fines. vt veteres
tradūt ab oriente vicella fluminis ⁊ vngare li-
mes fuere. ab occidēte Rhenꝰ. a meridie danu-
biꝰ. a ſeptētrione oceanꝰ ⁊ mare baltheum qđ
prutenicū vocare poſſumꝰ. nūc q̄ꝫtū extra hos
terminos poſſideāt ipſi videmꝰ. Germani eñ
angliā pulſis brittānis occuparūt. belgaꝝ hel-
uitiorūq̄ꝫ fines eiectis gallis obtinuerūt. rhetiā
⁊ noricū inuaſerūt ⁊ vſq̄ꝫ in ytaliā pedē exten-
derūt. Germani q̄ꝫ hulmigeros q̄ nūc pruteni
vocant ex manibꝰ infideliū detexerūt. Soli ex
alienis in germanico ſolo bohemi ſedent potē-
tiſſimi ⁊ nobiliſſimi ppl̄i. ſed ⁊ illi germaico im-
perio parere ſe aiūt regeq̄ꝫ hn̄t principaliorē ex
regni electoribꝰ. Magni igit̄ bellicoſi ac fortiſ-
ſimi deoq̄ꝫ excepti germani ſunt. q̄bus adeo fi-
nes extendiſſe licuit. ⁊ ſup oēs mortales roma-
ne potētie datū fuit obſiſtere. Nā terraꝝ ille cal
cator oim ⁊ orbis domitor. Juliꝰ ceſar q̄ꝫuis ſb
actis gallis ſepe rhenū trāſiuerit reſq̄ꝫ magnas
in germania geſſerit bellicoſā tn̄ ⁊ aſperā ſue-
uoꝝ gentē dimiſit indomitā. Auguſtꝰ octaua
nus cui ⁊ parthoꝝ ⁊ indoꝝ reges mūera miſe
rūt. q̄ vnꝰ oim romanoꝝ fortunatiſſimꝰ credi
tus ē. Jlle inquā feliciſſimus impator nullubi
vnq̄ꝫ niſi apud germanos ſuccubuit. nā lolliā
et varrianā cladē in germania ꝑpeſſus ē. Lol
lianā maioris infamie q̄ꝫ detrimēti. varrianā
pene exicialē tribꝰ legionibꝰ cū duce legatꝰ ⁊ au
xilijs oibꝰ ceſis longū eſſet recenſere q̄s intulerīt
reipublice moleſtias germani. q̄ ⁊ ſi romanoꝝ
fortūe aliq̄n ceſſerūt. poſtea tn̄ ⁊ ipi de roma-
nis. de gallis. de hiſpanis. đ hūgaris. deq̄ꝫ alijs
diuerſis gētibꝰ ſepenūero triūpharūt. Nec Ro
mani cū rerꝝ potirent̄ res magnas ſine germa
nis auxiliantibꝰ ꝑegerūt. q̄ꝝ tanta in bello vir
tus tāta in domo fides fuit vt ceſarei corporis cu
ſtos cohors ex germanis potiſſime legeret̄. Sci
mus q̄ꝫ Gotfridū q̄ fuit Lotharingie dux cum
ſolis tranſrhenanis theutonibꝰ ⁊ aliq̄bꝰ gallicꝰ
paucis ytalis hūgariā ꝑtranſiſſe. greciā penetraſ
ſe. helloſpontū trāſiſſe. aſiā ꝑmeaſſe. ierl'mā ex
ꝑtāte infideliū vēdicaſſe victis ac ꝓſtratꝰ oibꝰ
q̄ occurrerēt in medio gētibꝰ. q̄ꝫuis ⁊ turci ⁊ ſa
raceni nūeroſi reſiſtere conarent̄. in eiꝰ exercitu
ducenta milia pugnatoꝝ fuiſſe tradunt̄. atq̄ꝫ
multo maiores copias ſola Germania cogere
pōt. nā ⁊ impante Cōrado cū Eugeniꝰ tertiꝰ ro
manꝰ pontifex xp̄ianos excitaret ꝓ tutela terre
ſancte quā ſarracerni euertere conabant̄. Prute
ni cū ceteris vlterioribꝰ ydola colebāt ac crebris
excurſionibꝰ nunc Saxoniā aut alios vicinos
xp̄i cultores infeſtabāt. Cōradꝰ aūt dimiſſis ſa
xonibꝰ aut ceteris vicinis q̄ domi cū prutenis
ac reliq̄s Barbaris decertarēt ipe cum rhenen
ſibus. ſueuis franconibꝰ. Bauaris iheroſoli-
mā penetrauit. Poſtremo q̄ꝫ longa ⁊ lata ſit
germanica natio. q̄ꝫ religioſa. q̄ꝫ uerax. q̄ꝫ iuſta.
q̄ꝫ promiſſi tenax. q̄ꝫ ppl'oſa. q̄ꝫ diues. q̄ꝫta illic no
bilitas. q̄ꝫ fortis ⁊ expta militia. q̄ꝫtus eccl̄iarū
ornatus. quanta gloria cleri. quāta principū
magnificentia. q̄ntus ſplendor vrbiū que celi fa
cies. que terre vbertas. cū principe ſit commu-
ne magis admirari q̄ꝫ recenſere valemus. Cū
igit̄ hoc opus hyſtoriarum ex officina Nurem
berge prodeat que vrbs inclita in medio ferme
germanie ſita eſt ꝑpauca de germania in cal-
ce libri abſoluemus p̄mittendo hyſtoriā Enee
pij ſecundi romani pontificis rerum vbiq̄ꝫ ge-
ſtarum in Europa ſub Friderico tertio roma-
norum impatore. Js eñ ⁊ ſi natione ſenenſis
ſit ſe tn̄ germanum fatetur cum de ſe ſcribat. ſꝫ
cum eos iam annis ſupra. xxiiij. germaniā in-
coluerimus non reputamus extraneꝰ exiſtima
re debere. Cumq̄ꝫ imperatori ipſiq̄ꝫ nationi lon
go tempore ſumma fide magnis laboribus ſer
uierimus ⁊ nunc ad cardinalatum recepti ea cu
remus que nationis ipſius honori atq̄ꝫ vtilita-
ti conducant. ⁊ ita prorſus agamus. vt natiōe
potius germani q̄ꝫ ytali putemur. verum cum
antiquiora illa tempꝑa ſub obſcuram ambi-
guitatem prebeant ſcribentibus ⁊ temporum
deſcriptio haud facilis cognitu. quandoq̄ꝫ de-
trahit legentibus fidem. Multa quoq̄ꝫ de hijs
inter veteres diſcordia. quam inde noſci arbi-
tramur. quia nec montium nec fluminum nec
gentiū noīa perſeuerant. ⁊ prouinciarū regnoꝝ
q̄ꝫ termini multā varietatē accipiūt. A Stra
bone q̄ ſub Tyberio ceſare vixit vſq̄ꝫ ad Ptho-
lomeū alexandrinū qui ꝑ tempora antoni pij
ſitū orbis deſcripſit. haud eq̄dē magnū tp̄s eſt
⁊ tn̄ tanta noīm variatio interceſſit vt pauciſ-
ſimos ppl'os ex his noīari videmꝰ apud vnum
q̄s noīauerit alter. Jō Ephorus quippe cymeꝰ
Socratis diſcipulus a ſuo tp̄e narrādi exordiū
cepit. Caliſtenes ac Theopompꝰ q̄s eadē tulit

etas priſca illa minime attigerunt qui tamen
omnes hyſtorici munere laude ſempiterna cele
brati ſunt. qua motus re eloquētiſſimus Eneas
omiſſis priorū geſtis i quibus ſcriptores nōnū
q̄ꝫ diſſentiūt ad recentiores hiſtorias ſe cōtulit
Que igitur i germāia ſub ſuo euo geſta ſunt me
moratu digna et i ceteris regionibus europe in
iſto opere vario ⁊ egregio dum in cardinalatꝰ
ocio viueret accurrate deſcripſit. hiſtoriā igitur
eiꝰ deinceps in primis perluſtrabimus.

Sum pius Eneas fama ſuper ethera notus
Parcere proſtratis ſcit nobilis ira Leonis Tu q̄ꝫ
fac ſimile quiſquis regnabis in orbe
Eneas piꝰ papa Fridericꝰ terciꝰ romanorum
imperator

Reuerēdiſſimi patris
domini Enee de picolominibus car-
dinalis S. Sabine de his que ſub ce
ſare Friderico tercio īpatore ꝑ Germaniam ⁊
Europā geſta ſunt cū locoꝝ deſcriptiōe ad D.
Anthonium Cardinalem hilerdenſem incipi-
unt feliciter.

Antonio ſacro ſancte
romane eccleſie preſbitero Cardinali
hilerdenſi appellato patri ſuo colēdi
ſimo Eneas eiuſdem ordinis. non eiuſdem me
riti Cardinalis Senenſis ſalutem plurimam
dicit. Podragantem me nuper ⁊ arthetias do-
loribus (vt ſoleo) laborantem Librarius qui-
dam theutonicus adijt libellum afferens i quo
Romanorum Ceſarum non tam geſta q̄ꝫ no-
mina ⁊ pauca de moribus continebantur vſqꝫ
ad Wenceſlaum Caroli quarti filium. Cumqꝫ
illi opuſculo quattuor imperatores deeſſe vide-
rentur. Nam Beneuenuſtus himolenſis eius
opis auctor ſub wēceſlao deceſſerat. Rogauit
me librariꝰ. vt adijcerē libello quod deerat. no-
lui turbare hoīem. cōpleui ad etatē nr̄aꝫ impa
torū numerꝫ breuitatē illiꝰ qui preceſſerat imi-
tatꝰ. At cū ſubiret mentē multa ⁊ magna in-
ter xp̄ianos geſta eſſe ab eo tempe q̊ Fridericus
imperiū accepit vſqꝫ in hanc diē opuſculū ſeor-
ſum edere ſtatui in q̊ ſingularia q̄dam eiꝰ tem-
poris ſub cōpendio ad poſteritatis memoriam
tranſmitterē digna memoratu. Edidi igit̉ bre-
uē hiſtoriā tuoqꝫ nomini dedicaui. q̊ cū pri mor
bo mecū labores facile iter podragādū ſcripta
mea ⁊ leges ⁊ iudicabis. Fuiſſet fateor opep̄ciū
ab initio potiꝰ etatis noſtre in hoc euū vſqꝫ re-
rū geſtaꝝ hiſtriam texere q̄madmodū menti
mee ſepe inſedit. Sed ea nō erat vniꝰ podagrati-
onis ⁊ p̄ſertim i ieiunio q̄dragesimali ocārētis
lucubratio. Amat edes noſtras ipſa podagra.
nec tam recedit q̄ꝫ reuertit̉ libēs fortaſſe ⁊ huic
intentōi aliquā do ſubſeruiet. Tu vale ⁊ ſi quid
acerbiꝰ in quemq̄ꝫ ſcriptū offenderis non tam
mee nature q̄ꝫ ſtimulis podagre vigētis adſcri
bere. ⁊ quicq̄d inſcite inepte abſurde incurrerit
ſumpto calamo dele Ex vrbe Roma quarto ka
lendas aprilis. Anno dn̄i. M.cccc.lviij

Finis p̄hemij   Sequitur hyſtoria.

Que ſub Friderico ter
tio eiꝰ nominis imperatore apud europes et q̊
nomine chriſtiano cenſentur inſulares homi-
nes geſta feruntur memoratu valde digna mi
hiqꝫ cognita tradere poſteris q̄ꝫ breuiſſime libet
Commiſcebimus etenim aliqua interdum alti
us repetita. quemadmodum locorum rerumqꝫ
ratio expoſtulare videbitur.

De hungaria et geſtis i
ea olim pannonia appel
lata